 qz expectabat consolatiōē isrl̄ et
 isrl̄ 2m̄ carnay impugnatura eēt
 xpm̄ noluit sc̄s senex p̄lq̄ cū illo p̄lo
 dure sc̄uitas viuere que forsitan p̄
 uidebat sc̄ā puez ihm̄ de sua t̄ra debē

expelle. **Quā** morte petēdo nō fugit xpi
 consortū s; horruit p̄li suū malignū
 flagitiū. **Et** iō ī amplexu puuli sua
 uitate ebrius p̄c̄t in pace dimitti
Hic cōcordat zacharias cū samuele
Quoz p̄m̄ explicat t̄ne suauita
 tis excessū. **Ph̄a** ei dicit **vi.** **Memet**
 dñs d̄y meo zē. **Et** nō eīt iq̄ lux u
 deis incredulis s; frigū penetrās e
 mulatiōis et gelu constringens ob
 duratiōis sed ī uespe mūdi erit eis
 lux ewangelice p̄fōma. **In** c̄ri aut
 exhibent̄ de isrl̄ p̄ uirginē et ap̄los
 v̄mo p̄ ip̄m ihm̄ q̄ ē lapis isrl̄ p̄ā ad
 mare occidēnale s; cōmūsiōis gen
 tū. **Et** m̄ finē īfluet ad mare no
 uissimū iudeoz. **Nec** mireris si pro v
 uo condico qd̄ m̄ p̄ph̄eta p̄mittit̄ tibi
 aqua m̄stret. **Quia** si ī m̄p̄tis
 cū xpo fueris m̄ b̄mū opti. **Quā**
Et alit̄ exuberantia suauitatis d̄me
 dicit̄ v̄mū rōne suauitatis dicit̄ at
 mare rōne multiplicatiōis. **In** figurā
 ut p̄. **h. p̄.** **Ob**latio ē puer samuel he
 ly sic xps̄ hodie simeon. **Et** hō ī t̄bz
 vitulis et ī t̄bz modis f̄arme et ī a
 phora v̄m̄ m̄re exclamante. **Ecce**
 ut cor meū ī dño. **Cor** m̄f̄mū cur
 tibi iste potō desipit. **Audi** vocē eiq̄ ī
 tēplo p̄dicantis. **Si** q̄s sitit veniat
 ad me et bibat. **Nec** aqua s̄mari
 tane que fit ī libētē fons salietis ī
 vitā etnā. **S;** si vanitas mūdi sicut
 ihēmas dicit̄ cā. **p̄.** **Deliq̄** fontē aque
 viue et fodit sibi cysterias dissipata
 que nō valent otinere aquas. **Qz**
 adiuentiōes eoz s̄ ad mūdanas le
 titias que multas amaritudinibz h̄ic
 resp̄gūt̄ et ī etnas amaritudines
 finalit̄ demergūt̄. **Audisti** de tota
 materia solēp̄ntatis hodie m̄ sub
 aduētū dñi ī tēplū. **Quē** at̄ de ip̄o
 templo m̄ specialit̄ considerā et artē

de templū quadruplex ad qd̄ adue-
 dūb̄ p̄m̄ ē vter virginalis et hoc
 a salomoe edificatū sapiē v̄. **D**ix-
 isti me edificare templū ī monte s̄o
 tuo et in c̄itate habitacionis tue al-
 tare in silicudmē tabnaculi s̄a cui
 qd̄ parasti ab ūcio. **E**st at̄ h̄ templū
 ex artifice gratiosū ex materia p̄cio-
 sū. **E**x for̄ speciosū ex fine glorio-
 sū. **D**e p̄o 2. **p**alipomenon 3. **S**trauit
 salomon pauimētū tēpli p̄noissio
 marmore deore multo. **S**alomon
 p̄aafico ē artifex xps̄ uel sp̄s s̄c̄s mar-
 mor b̄rgo pauimētū h̄uilitas deor
 virtutū veritas ex q̄bz̄ concludit̄ ḡtio
 s̄itas. **D**e 2o 4. **R**ichil erat
 in tēplo qd̄ nō auro tegetur id ē ī
 maria nichil erat qd̄ caritate non
 vestiret̄. **D**e 3o 3. **R**ichil erat
 ex tēpli p̄ c̄tuitū sculpsit v̄m̄s et
 corno. **S**elatura varietatis pulch̄
 tudō honestatis. **T**orn̄ p̄mptitudō
 volūtat̄ ex q̄bz̄ probat̄ deor̄ speci-
 ositatis. **D**e q̄to 2. **R**ichil erat
 dicit de tēplo s̄o suo vocē meā et cla-
 mor meus venit in aures ei⁹. **S**icut
 ei rei fugiūt ad eccl̄s̄iā sic p̄d̄ces ad
 mariā. **Q**uī salomon fecit ī tēplo se-
 nestras obliquas p̄t̄ obliquas a
 culpa q̄bz̄ maria celi fenest̄ s̄c̄a est
 Ad h̄ tēplū venit de⁹ ut manifestar̄
 gloriā et m̄am suā p̄t̄ ī eā ip̄am
 exaltatō p̄ dignitatē m̄nā 2o ī al̄n̄
 p̄ eā ip̄e adoptatō et vocatō ad ve-
 niā. **Q**uī et ī ip̄a possum⁹ canere
 Suscepim⁹ deus m̄am tuā ī me-
 dio tēpli tui. **S**edm̄ tēplū ē eccl̄e m̄
 litantis sub esora et neemia redi-
 ficatū in figura. **F**uit aut̄ h̄ tēplū
 in angustia fūdātū in concordia ele-
 uatū in habūdantia ornatū in le-
 ticia purificatū. **D**e p̄o esore. **F**ūda-
 to templo d̄m̄ a cementariis steterūt

sacerdotes in ornatu suo cū tubis. **I**n
 tuba nōt̄ angustia. **F**ūdata ei fuit
 ecclesia cemento confecto ex sanguine
 martirū et sabulo confessor̄ et cal-
 ce virginiū. **Q**uī eph̄. **D**icit̄. **S**uper
 edificatū supra fūdamentū ap̄loz̄ et
 p̄phetaz̄ ip̄o sūmo angulari lapide
 xps̄ ih̄s̄ in quo oīs edificatio construc-
 ta crescit ī tēplū s̄c̄m̄ in d̄no. **H**ec a-
 gustia b̄n̄ s̄c̄b̄t̄ in neemia vbi dicit̄
 qd̄ vna manu tenebant lanceā et a-
 lia faciebāt op̄. **H**oc fūdamentū
 m̄t̄ euerit̄ carnis concupiscētia
 p̄. **P**olluerit̄ tēplū s̄c̄m̄ tuū. **D**e 2o
 p̄o esore q̄to. **F**ili iuda q̄ vir v̄m̄ ī
 stabāt s̄o eos q̄ faciebāt op̄ in tēplo
 Multitudis ei credentiū erit cor v̄m̄
 et aīa v̄m̄a virtute conformitatis ad
 deū integritatis ad se caritatis ad p̄i-
 m̄. **H**oc edificatū m̄t̄ destruere
 discordia. **M**at̄ xxm̄. **M**elū tēpli fas-
 sū ē ubi discordia ont̄ ih̄s̄ exspirat
 et crua figit̄. **I**sti de tēplo dei faciūt tē-
 plū naneē. 2o machab̄. p̄o q̄ tēptur̄
 piscina eoz̄ et sigit̄ lingua pluerē dis-
 cordia. **I**n tali tēplo cecidit rex. cū
 v̄m̄so exercitū. **D**e 3o p̄o esore p̄o. **T**u-
 lic rex vasa aurea et argentea. **E**t
 p̄o machab̄. q̄to. **F**ecerūt vasa noua
 s̄c̄a et m̄tulerūt candelabz̄ et altare
 m̄ensoz̄ et mensā in tēplū. **V**asa at̄
 clerica s̄ aurea p̄ sapientiā argentea
 p̄ eloquentiā. **C**andelabz̄ s̄c̄a doctor̄
 Altare ī censi deuotio orōnū. **M**ensa
 ē s̄c̄pture meditatio deuota uel p̄p̄us
 xpi v̄m̄a ī cui⁹ meditatione debz̄ r̄
 fia cōtinue aīa xpiāna. **S**z̄ h̄c̄ or-
 natū dissipant ignorantia et desidia
 p̄o machab̄ 2o. **E**ccl̄a ī manu eīnea
 s̄c̄a s̄. **T**emplū eīḡsicut h̄o ignobil̄
 Vasa glorie ei⁹ captiua abducta s̄
 Vasoz̄ captiuatio ē sacre s̄c̄pture
 neglectio et operū xpi obliuio. **I**sti fa-

autē de templo dei templū diane et
 iouis. act. xix. **D**iana egritudines
 suscitans in tēplū. Jupiter iūmā
 uel separās et sigt ignorātes et a
 xpi similitudinē difformes q̄ pro malo
 exēplo in p̄lo egritudines suscitant
 nec curāt et sic ut iūmā a deo p̄lm
 separant. **D**e q̄to p̄l esdre. vii. **C**ōsu
 mato tēplo sacerdotes purificati s̄t et
 fecerūt sollempnitatē in magna leti
 tia. **E**t 2^o machab. p̄l. **F**actum puri
 ficationē tēpli nōm̄ durimq̄ signi
 ficare uob̄. **N**anlectiā curbat
 inuidia. **A**poc. xv. **F**eruerūt a tēplo
 angeli habentes vii. plagas macū
 die dei. **E**t impletū ē tēplū fumo
 et nemo potēat intrare tēplū d̄
 nec cōsumarent̄ plage angeloz
Istā faciūt de tēplo dei templū dagon
p̄l h̄ q̄to qd̄ it̄ p̄cat̄ p̄stis iusticie
 et sigt̄ iūidos. **H**as iūm̄ malicias
 dissipantes tēplū d̄m̄ d̄ s̄bit̄ nāū 2^o
Porce flumoz apte s̄t p̄ concupiscē
 tiā et templū ad solū d̄mutū ē p̄ dis
 cordiā. **A**niles captiuo adducto ē **R**ig
 norantiā et āalle gemētes et mur
 murantes in cordibz suis p̄ iūdiā
Qū q̄ uiderūt statū p̄m̄tiē ecclie i p̄
 mie fundatoribz et moderne in t̄ns
 gressoribz flere p̄t. **p̄l** esdre 3^o. **S**e
 mores q̄ uiderant tēplū p̄us et tēplū
 qd̄ erat in oculis eoz flebant uoce
 magna. **A**d hoc tēplū uenit d̄ns ad
 ecequēdā iusticiā **luc. xv.** **V**enit ih̄s
 in templū et cepit eia vendentes
 et ementes. **T**erciū tēplū ē aīe sp̄ua
 lis **ezechiel. cap. vi.** in t̄nsimigratio
 ne monstratū. **F**uit autē h̄ tēplū dis
 positū i mensuris p̄ tēperatiā in
 creaturis p̄ sapiāz in edificis p̄ obe
 diētiā in sacrificiis p̄ p̄seueratiā **D**e
p̄l ezechiel. vii. **Q**u q̄ habebat fumi
 culū lineū in manu metēbat̄ longi

tudinem templi. **Q**u r̄p̄s fumi culū in
 te sue recti d̄ cursi templū mā. **H**oc
 templū metit̄ q̄n̄ aīa uice xpi confi
 gurat̄. **I**stud p̄p̄e dat̄ angelo serce tu
 be. **apoc. vi.** **D**atus ē ei calama uirgē
 ut mēturēt̄ tēplū que sit longitudo
 latitudo et altitudo eia atq̄ p̄fundum
Longitudo s̄ patiētie latitudo mē. al
 titudo contēplatiōis extaticē p̄fū
 ditas h̄uilitatis p̄p̄e. **Q**ue oīa mē
 surant̄ in cuiq̄z elcōz **2^o** mēsurā
 conformitatis sue ad xpm̄ ih̄m̄ quā
 ei i serpō distribuit et in qua debz aīa
 plene q̄etari. **E**t hec ē uera tēperā
 tiā nec inig uelle nec plus. **D**e 2^o. **ezel.**
vi. **R**elata erant i p̄is ostiē che
 rubim et sculptura palmarū sicut i
 parietibz expressa erant. **T**herubim
 plena oculis facies cōtēplatiōis.
Ostū penetrās orō celū. **T**herubim
 in ostio i orōne q̄tēplatio. **S**culptu
 ra palmarū in parietibz consueua
 mirabilis sapiē at uictoriose corone
 in xpi actibz mariē sue uilitatis et
 tēbulatiōis que mariē debz conside
 rare q̄ m̄cō ē ostū p̄ p̄laciōis officū
De 3^o. **ezel. i.** **E**dificabit̄ ciuitas i ex
 celsō suo et tēplū uē ordmē suū fū
 dabit̄. **I**uuitas i excelsō edificatur
 cū aīa cū tō. m̄ctio i xpm̄ leuatur.
Sz tēplū uē ordmē fūdat̄ dū **2^o**
 gradū obediētie xpi aīa i similitudinē
 xpi obediētie tō currit in ea que
 s̄t p̄p̄e cōt̄ra uolūtiā. **E**ciā isto mō
 tēplū fūdat̄ dū sū r̄bellione in ea o
 bediētia q̄seruat̄ a statu i feriori
 subditi usq̄ ad statu sūmi pontificis
2^o in cuius m̄ctū in totū corp̄ ecclie obe
 diētia d̄mutat̄ et ip̄e s̄t d̄nē aliā cr
 aturā debz eē xpo ih̄u subiecto et sub
 eia obediētia regulato. **I**n cuius figu
 ra eali. **1^o** **S**imon om̄e sacerdos
 magno suffulsi. **D**omū corrobora uir

templū. Templū etiā altitudo ab ipō
 fundata ē. **S**imon audiens obedi
 entē sūmo pontifex ē filij omie id ē
 merentis dno si xpō ihū q' ad dīmū
 honorem in se et i' suis metus ē r'
 gūl dīne uolūtatis. **I**ug legit
 ma filij p' conformē obediētiā
 ad xpō facit oīa sup'dca. **D**e q'ito ps
 . **O**ffent. in leticia et exultatione ad
 ducent. in templū regia. In aug figu
 ra dicit **ezechiel xlvi.** **C**ū aut fec
 rit p'ncipe spontaneū holocaustū a
 perierit ei porta que respicit ad oriē
 tem. **H**olocaustū qd totū igne cre
 mat' sigt' illū q' p' amoris incendū
 mente et corpe in xpī silitudine trās
 forit' ut et corpa mortificet' i' suis se
 sibz et aiā in suis appetitibz. **E**t istud
 ē holocaustū spontaneū qm' maximū
 delectamentū ē aiē sic mortificat' p'
 xpī. **I**ug aut ei por' orientalis ap
 tur q' gloria aiē xpī tam i' splendore
 suis qm' in ardore amoris ei ruelat'
 et dat'. **I**d h' templū venit dñs ad
 in habitandū p' gratiā. **p. chor. 2.** **R**es
 tantes q' templū dei estis et sps scō
 habitat in uobis. **R**ūru' tēplū ē
 ecclie tūphātis iohāni i' apoc. reue
 lātū p' dcaō **Dñs in tēplo scō suo.**
Nec tēplū edificat' ex lapidibz qua
 dratis in ecclia militanti. **3. r. vi.**
Halleus et securis non sūt audita
 in edificatione templi q' p'us poli
 ebant' et q'drabant' in libano et pa
 collocabant' in tēplo. **S**ic lapides
 viui omēs f' electi i' tēplo ecclie mili
 tantis quadrant' in libano puritat'
 xpī et i' ei' merito et postea i' ecclia
 tūphāta collocant' in ei' p'imo p'
 p'portionalē correspondentiā. **Q**uā
 tēperantie reddit' in corruptio p'ru
 dentie p' fca' cognitio obediētie ex
 altatio p'seuerantie i' defessa grāz

actio. **D**e p. Apoc. q'ito. **Q**ui uiderit
 supple delectationes mūdanas p' tēpe
 rantia ad silitudine uite xpī fatiam
 cū colūpnā id ē firmūssimū et imobi
 lem in possessione pacifica p'mm' xpō
 ihū et foras non egrediet' amplius
 p' uertibilitatis impotētiā uel defectū
 q' nichil p't' diminuerē in se de influra
 glorie sibi date in xpō p' xpī ihū.
De 2. apoc. vii. **D**ñs deus opotens
 templū illig' ē et agnū. **E**t ciuitas
 illa nō eget sole neq' luna ut luceat
 in illa s' claritas dei illuābit illam
 et lucēna ei' ē agnū. **F**elic' igit' q' pur
 gato ē ad uidentā tanta suis claritate
De 3. v'la. vi. **V**idi dñm sedentē sup
 solū excelsū et eleuatū et plena erat
 domo a manifestate ei' **E**t ea que sub
 ipō erāt r'plebat' tēplū. **N**ec nōt' cla
 ra uisio. **V**idi. **R**ecatio sedētē exalta
 p' solū excelsū plenitud' fructuome
 quātū ad aspectū dimitatis et plena
 erat domo manifestate ei'. **R**ūru' ad
 aspectū hūmilitatis et ea que sub ipō
 erāt r'plebat' tēplū. **E**t utraq' ei' diu
 sinode erāt plenitud'. **D**e q'ito apoc. vii.
Hii sūt q' uenerūt ex t'bulatione magna
 et lauerūt stolas suas et dealbauerūt
 et dealb' eas in sanguine agni ideo sūt
 re thronū dei et seruiūt ei die ac nocte i'
 templo ei'. **H**ii sūt q' uenerūt ad silitudi
 nē xpī continuantē p' p'seuerantiā ex
 magna t'bulatione cū xpō crucifixo
 quā sustinuerūt p' patientiā. **E**t laue
 rūt stolas suas custodientes p' innocētiā
 . **E**t dealbauerūt eas in sanguine agni
 p' passiōne frequētē memoriā. **I**deo sūt
 in thronū dei p' cēnā assistentiā in xpō
 ihū placentes et seruiūt ei die ac nocte
 in templo ei' p' grāz uictorie et lau
 de indefessā. **A**d h' tēplū venit dñs ad
 manifestandū gloriā suā. **P**s. **I**n tēplo ei'
 omēs dicēt gloriā. **I**nca. 2. s. unū pu

rificatione attende qd bta virgo venit
 hodie ad tēplū dispensatē pp̄t nos
 ut plena puritate q̄ non indigebat
 purificatione ut plē hūilitateq̄ nō
 tenebat sub lege ut plē paupertate
 q̄ cū pauperū oblatione ut plē pie
 tate q̄ cū dīā ductione. Et iō p̄
 purissimā mente ob nullā p̄cā con
 missionē. **Exodi xxxv.** Facies mēsam
 de lignis sethim et deaurabis eā au
 ro purissimo. Mensa ista i qua x̄i pa
 nes p̄positionis seruāt̄. designat mē
 tē virginis gloriose in qua x̄i articu
 li ex q̄bus sc̄a fuit structura sym
 boli ap̄lica tāqm̄ sp̄uales panes r̄
 seruati fuerūt ad refectionē om̄i e
 lectoz. Sive p̄ x̄i panes significā
 t̄ om̄e p̄f̄iones xp̄i tūc n̄io duode
 cimā sup̄ habūdā que q̄dem i mēte
 virginis fuerūt cū magna caritate
 seruata. Et iō dicit̄ deaurata q̄ do
 no sapiē et gr̄ie desup̄ infusa fuit
 ut nullū i ea locū habet pecc̄m. Pu
 rissimā i carne ob nullā i carne p̄cā
 rebellionē. Hoc p̄figurā p̄. xv.
 Aufer rubiginē de argento et egre
 die vas purissimū. Hoc sc̄m ē q̄i cor
 p̄ b̄tē virginis p̄ p̄mā s̄f̄icationē
 r̄ māsit itegerrimū sicut argētū
 pulch̄ et candidū i nullo r̄bellas
 uel tardas effem̄ gr̄e xp̄i ih̄u que
 habitabat in virginis mēte. Purissi
 ma i ple ob nullā p̄cā cōf̄usionē
 p̄. 3. P̄mi et purissi fructus eius. Iste
 ē xp̄s ih̄s b̄ndct̄ fructus venere vir
 ginis marie q̄ tenz p̄mā i puritate.
 P̄m̄ igit̄ qd purissimū ē purificat̄
 nō eget nō pp̄t se seu pp̄t aliquā ali
 ā obligatōiā actionē purificat̄ vo
 luit sed pp̄t m̄m̄ vtilitatē ad ex̄m
 purificationis sp̄ualis. De qua dicit̄
 Actū. xv. fide purificas corda eoz.
 Ad fūdāmetū purificationis sac̄

cap

mentalis de qua Malachie b̄ctō
 Purgaui filios leui. Ad op̄lemē
 tū purificationis figuralis quā ho
 die t̄māuit cōsumauit et exclusit
 p̄ tpe quo foret vera puritas cū
 gelm̄ publicitatis de qua leuit. xv.
 Cū op̄leti fuerūt dies purificationis
 r̄. Ad p̄f̄as igit̄ purificat̄ sp̄ua
 le cuius nob̄ exēplū b̄tā v̄go tradi
 dit n̄cā ē v̄m̄ purgans i corde.
 Et hec ē p̄mā purgās a malis p̄
 cedentibz. V̄m̄ purgās i corpe.
 Et hec ē tēperat̄ purgās a mal
 t̄m̄nētibz. V̄m̄ purgans i ope.
 Et h̄ ē m̄ā p̄seruās a mal̄ futur
 et purgans ab oibz. De p̄. iacobi qū
 Emundata manus peccatores et puri
 ficata corda duplices s̄. De 2. p̄
 sue. xv. Transibis ad montē et
 succidas t̄ atq̄ purgabis ad iha
 bitādū spatia. Et potis vlt̄ p̄ced̄
 cū subuertēis chaneū que dicit̄ fer
 ros habet currus et ē fortissim̄.
 De 3. p̄. xv. P̄mā purgatur
 p̄cā. V̄m̄ aut̄ t̄p̄lica purgatio
 in v̄m̄et̄ t̄plex effectus siue fructo
 s̄ mitigatio incendioz. Et h̄c r̄ndz
 p̄m̄e cuius lamētis mitigat̄ mē
 dia p̄ que oportz t̄sire om̄e pec
 cante ut ingrediat̄ in celū. **2. m̄llo**
m̄ p̄. xv. Dumē qd p̄ t̄sire per
 flāmā igne purgabit̄. s̄ purga
 torū vel aqua expiationis flāmā
 r̄ in contritione s̄f̄icabit̄. **3. d̄s**
effectus ē manifestus misterioz. Et
 h̄c r̄ndz tēperat̄e cuius b̄nficio
 manifestat̄ et reuelant̄ misteria.
In huius figura iudicū v̄. Cū exat̄
 terz geidon t̄tū atq̄ purganz ap
 paruit ei angelus d̄m̄. Et danie
 et soche suis abst̄mētibz r̄uelatū ē
 p̄ noctē regis misterium danie
 et in abst̄mētia sua multa meruit

vide scarta sicut sua concinaz ppheta
Tertio effectus est multiplicatio meritorum
 Et hic rōndz mēe cuius grā multiplicat
 cat spūalia meiat **Iohis xvij** Qui
 nē q fert fructū purgabit eū ut
 fructū plus afferat. Circa etiā sibi
 dā ihū oblationē debet rōndre qd legi
 ma puez ihū in tēplo pntatū apa
 rentibz q gerūt typū sacerdotū quoz
 ē in tēplo offerre. Et debet offerre
 i tēplo ecclie xpm cū cunctis sine
 colūba sine agno ut sit castissimū
 ut turtures p sāmome puritatē
ysa lvi. **Quidam** q fertis vasa dñi
Sant 2i. Pulchre s̄ gene tue sicut
 turturis. **Fecidisti** ut colūbe p doc
 tue sedulitatē **ysa lvi**. **Quasi**
 colūbe ad fenestras suas. **Manfue**
 tisti ut agni p vite s̄mte **iel vi**.
Ego q agni mansueti q portatur
 ad victimā. **Sed** legitima puez ihū
 bauulatū et susceptū ab expectant
 bz q gerūt typū subditoz quoz est
 a manu p̄latoz xpm oblatū suscipe
 Ad qd r̄p̄nt qd habeat more s̄mome
 benignitatē. **Sapie p̄**. **Benigno**
 ē sp̄s sapie. **Et** i malivolū animū
 nō irōibit sapia. **Qu** d ipō s̄p̄tū
 ē qd sp̄s s̄c̄ erit i eo. **More** aīe hū
 limate **hp iacob q̄to**. **Deus** sup̄bis
 r̄sistit hūilibz aut dat grām. **Et**
 de aīa dicit qd hec vidua ead. **Ho**
 re s̄tūsq̄ longanimitatē. **Si** em̄
 p̄seuerauerit pulsans surgz ann
 cus eius et dabit ei **zē** **luce xii**. **Et**
 de simeone s̄p̄tū ē qd erat expect
 tans consolatiōē isrl. **Et** de aīa
 qd vsq̄ **leuem** aīū p̄manens vi
 dua nō discedebat de tēplo ieiunans
 et obsecrationibz seruiens deo die ac
 nocte. **luce 2i**. **Tertio** legitima pue
 rū ihū i tēplo r̄muentū ab īgren
 tibz q gerūt typū doctoz et p̄dicatoz

quoz ē in s̄p̄tūis xpm r̄p̄re. **Unde**
 dicit parentes xpi p̄ q̄dū eū iue
 misse i medio doctoz q̄ p̄ q̄dū itel
 leūs p̄atorū hūal allegoria et mo
 ralis puenit ad intellectū anago
 gicū q̄ t̄nsit in s̄r̄nā ihū et circūit
 ones āgelicāe officinas donec i me
 dio tēpli celestis iueniat xpm ihū
 audientē angelos et īterrogantē
 ut merito dicat qd mirabunt̄ ones
 s̄i prudētia et r̄nsis ei. **Relatiō**
 ut **p̄ma** dies sic lō que ē in s̄p̄to 29
 collatio que ē in verbo 39 memoria
 que ē i aīo q̄to in quo iuenit eozō
 et deuotio contēplā et t̄nsfōr. **Sue**
 amplexans in gustu filiali admirans
 cū dulcōe dicit. **Fili** q̄ feasti nob̄ sic.
In hac aut oblatione xpi ihū īciat̄
 cōsumatio oblationis legalis s̄ p̄
 fiat i oblatione crucis p̄ mortis
 ihū holocaustū. **Et** de vtrāq̄ verū ē
 qd dicit **ysa**. **Oblatio** ē q̄ ip̄e voluit
R̄ nō i p̄ potuit eū tene obligat
 legis nec i s̄c̄da potuit p̄ualere vi
 olentia hostis s̄ in vtrāq̄ fuit holo
 caustū spontaneū s̄ue homicidū. **Et**
 de vtrāq̄ mariē de b̄lciā dicit **ap̄le**
hebr̄ i. **Una** oblatione cōsumauit
 metū s̄c̄ificatos. **Et** grā huius ob
 lationis sciendū qd in veteri testa
 mento fiebat oblatio de ser̄ geneibz
 aīalū. **De** tribz volatiliū que s̄t pas
 ser turtur et colūba. **De** t̄bz gressi
 bilū que s̄t bos ovis et capra. **Et** de
 hīs aīalibz que s̄t ad hūiusmōi ge
 nera r̄ducūt. **Et** hec oblatio īduca
 erat p̄ p̄cā reatū demonstrandū
Deus em̄ creauit hoīez innocentem
 in qua si viris nō necesse fuis̄ aīa
 lis sanguine expiari nec p̄p̄a sensuali
 tatē et carnē mactare qd significa
 t aīalis morte. **Sz** postq̄ cecidit nō
 potuit releuari nisi p̄ īmolationem

ihz

consaffis qbz lotis cu capite pedibz
 et intestinis adolebat oia sup alia
 re in holocaustu. Et hic repntat
 modus offendendi opa vite actie. Hoc
 aduato qd ois adeps ij dicit pingue
 id intestinoz dñe mune. ppetuo
 Et se tres adipes. Adeps vitaliu id
 e cordis et ventris. Adeps icorus si
 ue epatis qd reticulū dicit et adeps
 renū. Et hec sp adolebant dno cu
 renūculis. Vbi attendēdu qd ois de
 lectatio que p adipes designat et ois
 spūalis gnatio que p renes e dno
 adolenda. Oblatio aut auuū fiebat
 qd mō. Confrungebat sacerdos col
 lū sola manu nō ei licebat leuare
 ferrū sup auē s̄ retorto capite sub
 ascella lingue cuiē colli ubi fractū
 erat rīpebat effuso sanguine arca e
 pidmē altaris vesiculā gutturis
 et plumas piciebat ad orientē i locū
 ciner. Confractisqz ascellis manu
 adolebat eā s̄ altare in holocaustū
 In hinc attende modū oblationis et pu
 rificationis vite cōtemplatiē ad aug
 purgationē sepe debz mēs alias cō
 fringe ne teme offerat collū rū
 pere ne nimis p̄suptuose se iūgi
 xpō capiti reputet nō tñ ferro s̄
 manu qz nō diuisione p̄cā s̄ opati
 one hūili ut et lingue sue i sensibi
 litatis in experientia dīnoz effūdat
 sanguē sui carnali affēs que forsi
 tan habuit i dīnis gustibz. Et vesic
 ulā gutturis id e timore p̄e r̄pū
 tioms et gustibz dīnis et plumas
 volam cōtemplatioms in speculatiōibz
 altis piciat ad orientē in locū cine
 rū id e admichilet p̄ sue fragilis
 origis et debilitatis respectū. Et sic
 totā suā cōtemplatiōē in se incinera
 tā cōdeo flāmeā adoleat s̄ altare
 id e sup xpm ihm ab ipō et i ipō et

p ipm oia recognoscēdo. Ihesu e altare
 nrm sacerdos et hostia et sacrificiū et
 oblatio et libamē. Ipē qd sacrificiū
 aiālū ut dem e sup. Hostia p̄ quā
 in celū intrat et hostie supat. Vir
 tima ip̄ vincto pro nobis nos victo
 res efficit. Hostia pacifica qz passi
 cauit p̄ s̄agnē crucis sue que i celis
 et que in terris st. Hostia salutaris
 qz saluū fecit pplm suū a p̄ccis eoz.
 Hostia holocausti qz ignē venit me
 tere in terrā et st̄p̄z totū i flāma immo
 ris incendit. Item holocaustū aiālū
 gressibilū p̄ opa actie qz cepit ihs
 facē et docē. Item holocaustū aiālū p
 actū cōtemplatiē ip̄ resplenduit faci
 es eius sicut sol. In ipō e ois adeps au
 uisqz p̄gnis deuotioms. In ipō oēs
 r̄nūculi cuiuscūqz spūalis gnatioms.
 Ipē caput et memb̄z ois digne obla
 tioms. Ipē sanguis aspsio septena
 ria qz septies sanguē fudit. Ipē e
 sacratissimū altare qd nō alterius sa
 gne expiat s̄ ipō sanguine nō tā as
 p̄git qm̄ quqz largissimis flūijs
 irrigat et i oibz mēbris et arterijs
 corpore sui in ipm sanguine sudore
 lauat. Vera libatio aridōz qm̄ta
 compassione e recognitandū qd mēb̄z
 tua sicut oī humore vitali et arefctā
 euacuatione sanguis tui i altari
 crucis multiplicat obculisti in simlā
 puritatis i panē p̄ositionis q̄ sp̄ mō
 appetitū gustandū et dīno aspectū
 p̄pōmē intuenda panis cocti i cli
 bano abscōsione p̄ iūphēsibilitatē
 immoris q̄ te i corde deorū. Panis
 assatus in craticula p̄ publicū cru
 cis supplicatū. Iagamū caritate dila
 tatū. Ihesu suauissimū odoris p̄ n̄
 mētrūptū tue deuotioms mēne an
 conspectū dīnitatis tue exce s̄m. Sal
 sapiē et discretioms sp̄ excludens
 * panis fixus i patella st̄dens et sterpens
 p̄ dolorosi damonis suspiriū

supplua et diminuta et ad oia dif-
cretissime tuu carafendo respectu
¶ Aliq; delectationis infecte et fer-
mentu corruptionis maligne in te
solo et purissima mte tua bndc ihu
in tua oblatione no fuit. **Tu vitu-**
la rusa pro pccō sumi sacerdotis.
Tu hircu imolato p pccō pnapis
Tu vitula pro pccō synagoge uel po-
puli. **Tu capra pro pccō cuiuslibz sin-**
gularis filij. **Tu hircu imolatus**
in die expiationis p suppliciu carnis
Tu hircus emissus in desertu celi
p actu ascensionis. Et id no imei-
to hac vna tua oblatione omis ceri-
moniales oblationes veteris testa-
menti tempm figurantes complesti
et euacuasti et i oblatione tu que
hodie e mchoata et i tua sacratis-
sima morte opleta consumasti iet-
nu scificatos. De hys aut oblatio-
mbz habet **Leuit p. 20. et xvij. z qd**
p totu. **Sicut qm si carni illas p-**
sonas que processione ite gra hodi-
erna debes attende qd e dcm e sup
si qd p manifestatione i psepio pas-
toribz significabat noticia bnda
ihu fca comise ecclie de iudeis p ma-
festacione fcam magis significaba
noticia fca ecclie comise de gentibz
s p manifestatione fca; ohodierne
diei in tēplo significabat plena
manifestatio xpi in fcie tpm fienda
iudeis sil' et gentibz et renouatio-
ne euangelica staty. **¶** Vbi no qd rliq;
stabilu et aialia et venie. ad tēplū
qd e i iherlm. **¶** Purificat purissia qd
e neg pnta filij qd sup idimtur
omni dno. **¶** Recipientes eu veniat i
spu in tēplū no qle saiq; s senes
coem salute expectates ihu man-
bus bauulantes et de morte canca-
tes et ipa ihu plene cognoscetes

ruinam in reprobis et rsumerione
in electis contradictione i actibz ma-
lis et trissuione gladiu i mims
affectibz qpassuus. **¶** Qualia st hec
¶ Iherlz castigauit te dno q usq; nō te
dimisit in stabulo cu bestiali cater-
ua s btes ero si fuerit rliq; cordis
mei ad videnda claritate scē ecclie
qm ihu n it bestias iacbit i stabulo
s i medio tēpli dei scē senectutis ma-
mbz bauulabit et i gteplacionis
iubilo mortificatis actibz distractis
q no st vita s mors iubilabit in pa-
cis dulcore. **¶** Vis vide vgnē cu p-
mulo iacētes i stabulo cu ignorata
bestiali. **¶** Vide auctoritate verita-
tis et ofessione fidei stare mō i me-
dio ecclie stabulare in fimo tpalū
in stercore carnaliū in feno spmo
so ubi st senes discordie rixa odia
iudie pōpe supbie auaricie et
pessie symonie. **¶** Senes honore
sic dā qz vno acumie senti vos fa-
ctis quo stupendo et dyabolico mi-
raculo in sensibiles fa estis. Nam
q osueueratis punge nō vident de-
lectu. **¶** Rā plati msei cleia lasa
ui et rligiosi desidiosi ecclā sub san-
tibz delicias qputit et iā sensu spua-
li p dno hys sentibz lacerata licar-
gito morbo sepiti neq; de puctio-
nibz qquerūt in qbus ecclā gemit
et dicit. **¶** Vlnemuerit me et nō
lū traxerūt me et nō sensi tūle-
rit pallū meū custodes muroz
ant. qnto. **¶** Qm ppe dicit custo-
des muroz et nō aiaz qz nō viden-
tur plati spualū carismatū s di-
uitiaz et pompaz tpalū q nec do-
lent vlnera pccōz nec sentiūt se-
trahū ad infernū. **¶** Et hū tulerūt
scē ecclie pallū qz eide abstulerūt
xpi vite et scē gūfationis amictū.

Sz vnam stabulū dicitur esse a bestias. **S**z ibi ē bos castratus qz ibi ē statū platiū qd cū debet esse castratus a gnatione carnali et affectu tpa lū aīcorū quo ad hē diabolo faciente rāpauit testiculos et ad spūalē gnationē fidelū patit castraturā. **J**ugū dñi suauē et sanctū ī supōrtione pauperū et iopū et ī gsolatione tbulatoz fidelū reiat. **B**os iste cornu petra ferēs et tbulat rās nō gsolās et iugo mūdi et diaboli ad supportādū onera omnī suū carnaliū ppiūoz et ad sustinēda exētia guarnū et discordias parciū captiuatā cernitē inclinat. **U**tup ruminat bos iste excellētia aīcorū dicationes nepotū discordias et maligna gsolia pciū. **F**indit vngulā utinā carnē ppiā totā cōsonat et nō plebē subiectā. **A**lic etā p prudentiā carnē pfindit suā maledictā vngulā in terrenā astutiā gūis nō emanueli. **Q**uia hic bos impiū dicit ī suis malignis consilijs rpbare bonū et eligē malū. **S**atis hē sentit ī multis rāgombz et regnis misere ciuitates talibz in postobis magis qm̄ pastozbz tyrānia quassare. **S**z et asinus pculārie nō defiat vno stabulo qm̄ tā stoliditate ignorācie dīne sepe re sit pressū magis ē gemēdū qm̄ rēfendū. **S**z et nō vacat ab astutiā asina cuius ī hē dicit esse cautela ut uis sepes et materias diuertēdo uel onera dponat eoz confuicatio ne uel sepe pedē sedentis allidat. **Q** cū qūto gemitū ē rēfendū. **Q**uia quocūqz tales asini volūt honorari curis viduarū uel pupilloz uel emēdationibz pccoz ad materias suas

et sepes spmosas diuicūt afferēdo se esse occupatos ī consilijs et ī magis negatīs castroz et villaz ī curis sue carnis et ī ingurgitationibz suis edēdo et corimēdo qbz tāta occupatione mherent qd aīdāz onera que portāre debent piciūt in lūtu hant dubiū et ipi ex hoc scelere demergēdi in īfniū. **Q**ūta gctio ne pedē ecclē que pōire debent alliserūt et gtruerūt. **D**iscurre p tēpla et respice altaria vidē aūlas et cameris et vidēbis eoz habitacula regū apparatū. **S**i respicias tēpla apparebūt ī multis locis stabula iumentoz. **S**i consideras apparatum mensaz et dūncelloz et equoz et alioz que spectant ad mūdi pōpā et discurre p dyoceses et supeioribz cōpares panēta altarū calices et corporalia modū sacerdotū et oīa que spectāt ad dīnū cultum vidēbis qd ī ipis corpore ipoz platorū vidē tēplū frūm s nō dubiū qm̄ diabolicū et egro tēplū dēi quo ad eū cultū ut stabulū īgnat. **U**ndē rē tales vidēt asinus diaboli qbz bastū suū imposuit ad īgnalia onera cū suauitate portādā. **H**ec p malicia huius tps de qua magis flēdū ē qm̄ sēbendū qz nichil rmasit ī statibz ī ista ecclē qd nō sit quo ad vite dēfortionē corruptū et qd nō ī bestialitate dēgenerz iumentinā. **S**z alia attollēdo aspectū ad pfectionē futurā ī ecclē r nouādā apparz si qd sciat contēplāi scripturamū msteria qd tēpus ecclē de gentibz qd p rly spūales gnationes extēdit respctū pfectionis cumulanē quā exspectamz tā ī claritate luminū qm̄ ī ardore affectū qm̄

quod si secus accidat vel turbatur uel
 perturbat. Ad hoc ergo oportet dimitti
 unum quod ad quetem aspirat ut scilicet
 et omnia a se amata plene digne bo-
 luntati subiacat et donec quod carnaliter
 diligit dimittat libere propter deum ut
 et corpus et animam per diuitias dimittat
 regi secundum digne uoluntatis cur-
 su et magis habeat se suspectum in
 solationibus sibi uel suis datis quam in
 tribulationibus illacris. Et donec que
 patitur persecutore propter deum et secundum
 deum appetat prosperari cum leticia et
 uideat pati cum tristitia. Et istud est
 illud odium secundum anime sue id est uolunta-
 tis animalis quod respicit ad christi discipu-
 latus cum dicit. Si quis uenit ad me et non
 odit patrem suum. Et istud est diligere amicum
 in deum et inimicum propter deum. Unde et anima
 secure petit pro inimico prospera et hy-
 lariter sustinet uel ad magna patienter
 in se et in alio aduersa. Ad sustinendum
 autem tranquillam inima prosperitate et
 illata aduersitate ab eo duo te possunt
 inducere scilicet conformitas dei quia deus ip-
 sum sustinet immo quod plus est ipsum te et
 tuos tribulam uel uel et non uideat ip-
 sio pueram uoluntate uel et in ipso et
 secundum uoluntatis propter te ad tua tribu-
 latione. Quod attendens dauid paa-
 entissima cum sibi malediceret semetipsum
 et dixit. Dominus precepit ei ut male-
 diceret dauid. Et quia sunt occulta dei iu-
 dicia immo in electis beneficia et ideo sub-
 iugit dauid. Et quia et gaudeat dicere
 quare sit fecerit. Dimitte ut male-
 dicat in preceptum domini. Secunda ratio
 patientie est consideratio infirmitatis
 penam et sui. Debent enim misericordiam quam
 prima est humana miseria ad lapsu ex-
 ceperunt sui et ideo offendenti per
 me magis debemus compati quam irasci

Due rationes sequentes non solum con-
 cludunt patientiam in aduersis sed
 leticiam in dilectione respectu inferentis
 Prima ratio quia omnis anima peccatrix purga-
 tione indiget que propter tribulatione
 habet. Debes ergo aduersantem dilige
 tanquam tibi summe misericordiam inferentem. Propter
 est enim tuus barbitonsor qui tibi radit sup-
 flua. Propter est tuus lotor qui purgat immunda.
 Propter est tibi sufflator qui calefacit tuum pro-
 toris itima. Propter est tuus reductor ad deum
 a quo eras despectus. Vides ergo quam
 ta tibi bonum ministrat. Debes ergo eum tene-
 re diligere non odire. Quod si dicas ex hinc
 augmento culpam non purgo irascam
 contra te metipsum quia hoc est tue impatiencie
 non illius iniurie. Sicut si ex bono cibo
 et ministrato stomachum dolere contingat
 Illius autem mala uoluntate debes deo iu-
 dicanda et operatione illius uale tibi a
 deo transmissam tanquam dei beneficium ac-
 ceptare. Secunda ratio est quod sicut anima pec-
 catrix indiget purgari ita quicquid vi-
 atrix indiget promoueri. Promotio autem
 est accessus ad similitudinem christi. Quod quod
 est facit precipue tribulationum multiplex
 quadratura. Unde tribulatio est et sicut
 artifex quadrans te et te suspens
 christi figuram ut meraria in superno edi-
 ficio collocat. Et faber optimus qui est fa-
 briant cona. Qui quot tribulationes
 donat in te uel in alio tot in tua cona
 lapides preciosos locat. Quis ergo tam
 utili laborator non dabit. Dimittit
 preceptum orationis stipendium et dilectionis
 affectum. Adhuc addas unum propter quod
 debent esse omnia mentis ordinate dulcissima
 inimicum dilige. Quia christus cui nichil pos-
 sumus reddere pro hinc que pro nobis sus-
 tinuit. Hinc nobis petit et papit
 et prima similitudinem promittit cum dicit
 Diligite inimicos uros benefacite hinc

q' vos oderunt ut sitis filij patris v'ri q' in celis e' etc. **D**ana misera quid vultis querendo hec audiente a ihu tuo.

Fuistis te in dilectione in misericordia q' e' tanta bo. facit qd te ad similitudinem divine perfectionis adducat et erubescere de cetero ipm vocare in misericordia nec aliquo modo in misericordia censendus e'. **S**z illu voca in misericordia q' tuu nutrit carnale affectu. **N**on aut ad ista ptingere poterit q' opalia loculos uel ppe voluntatis possidere cupit. **E**t id non pot ad pacem attinge q' no vult p paupertate e' angelica ee in misericordia et p fessor xpi vite. **P**ot qd cu dixisset Quid dimittis suu tuu d'ne **A**ddidit secundu verbu tuu id e' in incarnatione verbi conu'sationis exempli q' in misericordia dilexit et pro eis orauit. **E**t hec e' vera qes mentis. **E**t id hec mentis qetudo onem consue stimulu excludit non extinguendo ueritate in q'sta sicut dicit illa catua dyaboli que spurcitas et notabiles imudicie operas dicit in ipis quiescendu tanqm in opibz naturalibz delectandis et in usu membrorum a creatore conditis. **S**z de hoc alias ip ista serate verze et pessie nome e' mors et seqt eam in fng. **N**on ei iste e' vsu membrorum s' abusus pessima ut muliere sint coes scdm secta deo odibile pessimi. **N**icholai cuius secta isti imitant et addit horrida que magis se silentio occultanda. **N**ec aut tñ quillitas mentis et puatio in morp q'sta e' p maxima innocencia vite n solu fugiendo delectamenta illiata et diuine pceptis p'hibita s' etia teperatissime btendo concess. **E**t tanta reple' suauitate et obediencia diuini b'placii qd horz one delectametu sensuu qd in dei mandatu

et consiliu non e' inducibile et inducitu in deum. **E**t no solu vitat mortale patz et frequentia venalium s' omo multu veniale vult commite' ex a libera to consensu. **Q**d si aliqui in ho ruat multu ex ho se in aspectu dei vilificat.

Nec itaq par et tranquillitas mentis supponit exclusionem amoris et odij inordinati respectu sui et peccati.

Supponit etia exclusionem delectationis sensu n qntu e' necessarium sustentationi nature. **E**t illis magis fruet deo qm illo sustentatio. **S**upponit et clausura sensuu ut no in mores querat s' audire fugiat et spectacula et oia alia que mente pnt disthe ad diuisa. **Q**ue sat etia respectu diuino b'nficior in suo pna non distracta p vana desideria que menti occurrunt etiam respectu boi.

Et ho attendit qd labor stultorum affligit eos q' nesciunt in vmb'e pergere. **V**n ei e' qd tot p'fcom se dicunt in s'tere et tam pauca sciunt ea inuenire.

Certe ho e' qntu possu ego in p'fcom cognosce' q' sepe distrahunt sub spectu maioris boi et no huiles in seipis nesciunt cole' domu receptu et deo a ip'o gracie age' nec q'stere sub dei voluntate s' inordinatis appetitibz inq' tant' p'ia affectione. **N**ic at statuetemz mente sub deo mortua et nichil appetit ab eo recipere n qd vult misericordie dare p' exclusionem p'ia ip' p'ctis no video posse ee q'ete n mortiferu.

Ad ho at ipam inducit tria. **P**rimu r' cognitio sue indignitatis ip' ei diuino q'itutuq' modo co reputat se indignu. **E**t s' videt se deum in pugnare a domo receptu.

Pu et sibi ipi dicit. **Q**ua temeritate audio maiora appetere que in domo receptis nunqm me volui exere.

Cogita quō rē cognouisti quō te crea
 uit rōnis capaxē quō te ad suā no
 ticiā adducē voluit quō ppe te deus
 sumus ad tantā vilitatē descendit
 et ī tua natura dura sustinuit.
Quid plus petis ab ipō a quo tā
 ta recepisti tot sceleribz mretia.
Et sic dū aiā rēstilit īppam pūta
 te. contenta sub omī volūtate. Se
 cū dū quō reddit eam qētā ē marīā
 estimatio omī que st dēi. Caritas
 ēi que carū tenz amariū qn̄ eleuā
 ud eiū gteplationē videt eū tam
 īmensū quō oē suū dnm̄ intuetur
 ut quōdā pelagus īfinitū. Vn̄ ego
 credō quō nō ē ita mīmū dēi domum
 quō si aiā ruminariz illud tū gtiar
 acceptione nām nō deducariz ad p
 fctm̄ et p̄ augmētū suū nō exelu
 det ab ea oē pctm̄. **D**ebz etiā aiā
 pctis obnoxia considerare quō mag
 nū dēi dnm̄ ē quō deus nō p̄misit eā
 maioribz sceleribz m̄fici et nō dēo
 atēbue sua pctā dicendō. **Q**uare
 me sic reliq̄. **E**t quare me sic ca
 dē p̄misit. **E**t dēo īperando modi
 ca bona que fecit ac si eent sua di
 cendō. **E**go dimisi mūdū et studeo
 imitari xpm̄ et nō quero ab eo n̄ se
 ipsū et tū dimittit me siccā et
 aridā et oīs sue dulcedis īexpctā
 et temptatiombz me subicit et ī
 pctm̄ me cadē p̄mittit. **A**iā misē
 ra nō ē iste sermo q̄ mīam p̄uocē
 s̄ furorē et irā et indignationē
 adducat. **E**t ista ē cā quare multi
 q̄ dicūt se p̄fectionē m̄seq̄ m̄ferri
 me ruunt et decidūt et nūqm̄ eā
 uttingūt nisi vertat modū loquē
 di et sentiendi. **I**ntra ergo in viā
 p̄fectionis aiā misēra et verte tu
 ā lamentū sup te et dēo gtiar a
 gas non m̄rogēs īurias nec an

seris quōd aliis bona facit sed dicas
Stupreo et admiror quō deus me pre
 ceteris vicinis meis me melioribz
 de mūdi profūdo elegit. **S**tupreo quō
 m̄ indigno dedit affectū sequendi se
 et desiderandi sue passionē q̄figi.
Stupreo quō me sepiā cadē nō p̄misit
A. deus īfinitē grās tibi ago sup ī
 estimabili dono tuo. **M**ultū ego bñ
 dignus sū ut oī pctō succūbam q̄ n̄
 cognoui tantū lumē gracie quo
 me dignatō es illustrare ut cog
 noscere te ob īestimabilem̄ amorem
 mei seruile affūpsisse naturā et
 mortē tulisse tam duram. **D**ico t
 aiā uere si hac via m̄cesseris atō
 deus dissoluz a te colligationes
 īprietatis et tollz pctōz tuoz fasci
 culos dep̄mentes. **R**atio aut̄ mari
 ma q̄etudis mentis ē quō aiā que
 sic de dno in boitate sentit non du
 bitat qn̄ eam dñs ad viā etnā fe
 cerit. **E**t h̄. r̄putat tū dnm̄ et tā
 gratuitū datū et ita congrue a
 deo dispositū ī merito xpi ihū quō
 nichil vlt n̄ quō ī eo sibi disposuit
 et eo loco tpe et mō quo ī ipō bñ
 dicto ihū etnālit dare decreuit.
Non ē at̄ istud sentie p̄sūptiois
 s̄ profūde hūilitatis qua ē in suo
 sentimento magnanimis ut et
 s̄ r̄putz se īdignā et tū ppe meri
 tū xpi ihū non dubitet h̄ bonita
 tē dare dīnam. **C**uius hūilitatis
 signū ē q̄ s̄ proficit ī imitatio
 ne xpi vite et in fuga oīs culpe
 et quō nichil tūz m̄si laqū dīne of
 fense. **E**t quātū necessitas nature
 sue patit. confringit delectamē
 ta sue ptis sensitiē. **S**z si semp vlt
 ambulare in relaxatione sue vite et
 in appetitū p̄mociōis mūdane et
 non curae de p̄ctōne r̄gule p̄misit

si cum hoc credit se secum de adeptio-
 ne et ne glorie hoc vere e p supatione
 temerarie et certitatis decepte. **Ter-**
tia rō pncipalissima q̄ctis et de fidem
 stabilita et que supplz defectū pceden-
 tie e ipz talis anā nichil sentit se i se
 nec diligit se i se nec pp̄ se s totam
 in xpō se sentit et diligit et xp̄m ihe-
 sū reputat suū sūmū bonū et iō i
 ei q̄btudie iam btām se sentit. **Et** ipz
 videt qd xpō ihū nichil metū p̄ de-
 ficere nescit q̄ plus habeat desidera-
 re q̄ i xpō sentit dū et oīa posside.
Et iō statū talis anē e iubilare in glo-
 ria dei et xp̄i hoīs et de hō cōtinue lau-
 dare et magnificare beatissimā em-
 tate de se nichil cogitare nec aliud
 appetere nisi qd̄ deus eā loq̄ i xpō ihū
 sedm bñplacitū volūtatē sue. **Et**
 hanc gloriā i xpō ihū appetit nō af-
 fectione r̄aprocā boni pp̄ s̄ pro ople-
 mento dñi bñplacitū. **Et** hec ad
 nichil aliud studet nisi ad iōformā
 dñi in se silitudinē vīe xp̄i 2^m in
 fluxū amonōis dei. **Rec** decipit
 sicut multi vt uelit seq̄ pp̄ā appetitū
 sub specie maioris honoris dei et
 utilitatis p̄mi q̄ in hō ipā cognos-
 cit qd̄ e sūmū honor dei in spā qd̄
 ipā mortua iaceat sub dīna volū-
 tate tāq̄m serua obedientissimā i nul-
 lo rebellans. **Et** iō iubilat p̄mū
 versū. **Ruc** dimittis seruū tuū
 dñe 2^m uerbū tuū in pace s̄ solu-
 tū ab oī amore sui et plene subiec-
 tū e 2^m uerbū tuū .i. sedm silitudi-
 nē ad tuū ihū uerbū incarnatū.
In pace iō e i mentis plena t̄nquil-
 litate. **Et** h̄ e doctrina pauli subtili-
 inserta in oībz eplis suis. **De** hac
 pace dicebat xpō ih̄s ioh̄ xv̄. **Pacē**
 relinquo vobis. **De** hac et **Aplis**
Pacem habere et deus pacis et di-

lectionis erit vobistū. **Ad** hanc hortā-
 ad hebre. **Pacem** seq̄m et s̄
 momam s̄n qua nemo videbit deū
Q̄n et de h̄e dicit **Bernardus** **Ob-**
tento pacis ostulo sener i pace dmit-
 tit et p̄nūtiāns timē xp̄m positū
 in signū cui q̄dicet. **Om**mino rex
 e q̄ confidit signo pacis ab h̄e
 q̄ oderūt pacē. **Que** q̄ de pace solū
 dat hōibz bone uolūtatē q̄bz veri
 pax e a dei volūtatē non recedendi
 sub specie cuiuscūq̄ boni. **Sic** q̄
 pz quō xp̄s ih̄s e par t̄nquillans
 mentes simplicium. **Ruc** seq̄. **Versū**
 in quo ih̄s introduat vt sala corro-
 borans mentes debiliū i quo e mag-
 nū caritatis incendū q̄ attendit
 qd̄ pro oībz oblato e in p̄cū. **Et** i hō
 e iō pacis p̄cū istud salutare p̄cū
 continue itueri. **Q̄** inq̄. **Viderūt**
oculi mei salutare tuū. **ideo** dimit-
 ter in pace que supat oīe sensū q̄
Et h̄c attende qz si in pace di-
 mitti oportz te continue t̄concu-
 tu xp̄i ihū et opez suoz ex̄cer ut
 studeas nichil aliud cogitare. **Et**
 hec e radix et ianua oīs p̄fectionis
Et in hō debz eē sūmū tuū studiū
 vt semp in oculos mentis tue
 aliquomodo teneas xp̄m ih̄m vel
 aliquē eis actū. **Et** in hō studio e-
 demac̄ concupiscentia in finat̄
 gula corrigit̄ lingua et exclu-
 dūt̄ q̄ s̄n laboe de aīa oīa vicia.
Qui aut̄ vlt̄ p̄ticularit̄ laborat̄
 ad aliqd̄ viciū corrigendū s̄n hō
 studio multū laborabit et forte pa-
 rū uel nichil obtinebit. **Et** in hō
 oportet̄ infrenari appetitū sup̄
 vaciū qd̄ nō e contentus cogitac̄
 de xpō uel de suis m̄imis nisi se-
 rat̄ in altis radices sue dimitatis

Et hoc fuit quia quare multi in
 erunt in via veritatis ipse nescierunt
 ipse huiusmodi creati. **N**ihil est ei in op
 bus vite eius ita minus quod si ponde
 ritate meo debito non debeat diligen
 tis a se facere appetitum. **P**rimo quoniam
 descendit in eis viliora ut quod infantile
 necessitates et egestiones nature
 patiebatur. puer deus ligam in fascia
 tibi ob stupefat et miratur quod magis
 delectat animam amoris experientia quod
 ipse ipsam de talia sustinuit ipse quod
 ipse seraphicos in celis creavit. **Q**
 uia mea in merge tota in hac vili
 tates a deo assumptas et scias quod est
 teum non sufficit otemplari. **E**t
 hoc est contempari altitudinem hominis ipse
Ratiu ei deus descendit tibi assump
 tu homines exaltavit. **E**t ex tali de se
 subndu ihu ois sublimitas, eruit
Quo at debeat creari in videndo ihu
 salutem tuam quere nisi in tracta
 tu de cruce pfecto. **I**hs cruce dicit
 tus. **A**lle ergo erat in ipso ihu quip
 su iugit ruoluit in oculos meras
 sue et quod moleste fert quoniam aliquid aliud
 siue afflictum siue delectatum occupat
 cupat mente sua. **Q**uod si contem
 gat manu sollicitudinis stua ubi
 cit et purgat. **E**t hic est quod dicit per
Quia viderunt oculi mei iugiter
 contemplanco xpi pncipa salutem
 tuam id est ipse ipse ihu in oibz qui
 tunc in secundum sensum displicabili
 bus opari salutem. **V**idet ei expisse
 aia que sentit dei bonitate quod quip
 dno pmetit uel facit totum nullas
 etnas leges est electo populo salutem
Et aia tussforita in ipse in oie
 lecto saluato reputat se saluatum
 et de oibz ut de salute ipse deum lau
 dare et magnificare non cessat
Primo quod stupendia est videt dap

natione reproboz ad suam coopa
 ri salute. **E**t quod in eis iugit videt
 honore dno iusticie et xpi hois
 et amore inflammare electoz ideo
 etiam in eis contempari ihu suam op
 timum salutare. **M**aximum autem sig
 num quod aia ad verum est salute ad
 ducta est quoniam nichil in cordis sui sciri
 mo tuent se timere si dei iuriam
 et offensam et voluntatis ipse apla
 centiam in tantum quod etiam ipam pa
 rysi gloriam non diligit ipse suam
 comodum licet sic ea diligeret licet
 si solu ipse dno buplaciat ut impo
 et de ipso etiam decretu dno qd sibi
 in xpi ihu merito et primo oplea
Et hoc est non se videri si dno salutare. **P**
 cul est ei ab hac mente ois iudici
 que recubens in nouissimo loco in imp
 ens dilecti felicia se bnam reputat
 in capite suo ipso et in quolibz eius
 membro quoniam in semetipsa. **E**t hoc
 quod diligit bonum in quoniam bonum est non
 enim in quoniam ipse. **E**t ipse in primo
 estimat magis bonum quoniam in seipsa et
 magis dei honoratum. **A**c per hoc se
 curus delectat in bonis alioz in mot
 illis se videt dno altissimum posside
 si defectu. **E**t in seipsa ipse se conspi
 cit collatoz bonoz in ipse destruct
 trite. **N**ec aia in siue malicie in si
 ei non nouit nec in se vnde gloriari
 debeat conspiciat si vnde ofundi. **P**
 ter quod oibz desiderat subici tunc
 dno siue ipse in ipse conspiciens
 et nulli parit se ipse. **N**ec nullus
 rei est auara nisi dno honoris quod
 nunquam sibi videt quod a se et in se possit
 debite honorari. **Q**uia est alia arbit
 et ut stercoza et trena iplicame
 ta reputat deimenta ut ipse expe
 due teneat nullus rei sollicitudine

102

implantat. Et per etiam omni alioz ne
 cessitates supplere satagit xpm in
 eis indigent. Dissipiens et in ppe
 penuriam iniqui in cruce xpi confor
 mitalibz delectat. ppe qd nulli re p
 at qui eas effudit liberali ad alioz
 indigentiam subleuandam. Et i oibz
 ipa parat eoz molestias et rificit
 in a solationibus cordis. Paul etiam
 e ab hac aia ois acedia et desidia
 p se feruz occupam in dilecti ihu
 contemplatione continua uel in ob
 seqosa suppletionem utilitatis et ne
 cessitatis xpi mebroz. p in scala ue
 ri iacob xpi ihu uel ascendens i ce
 u uel descendens ad pimum. Et sic
 in hac aia admirabilia stant ut e
 leuatio contemplationis in xpm in
 flammz actione ad pimum et huius
 uelutatio et fructuosa occupa
 tio utilitatis pimum cum aliqele
 uz in admiratione sublimitatis et
 dignitatis dei. Et sepe sic p xpi con
 formatione et mirabilem gram di
 tur isti die efficacissim domi quo ac
 tio contemplatione deus et contempla
 tio actione roborz. Qd maxie ex h
 contemgit qz i oibz uidet xpm et in
 oibz xpo ministrat que p i oibz actio
 mbz uel factis de u horez cui mebris s
 uel sedule contemplat. Nec excellē
 assie fuerit in xpi me et iaplico
 statu p eam. p qd opatio ma
 nua et sollicitudo ecciaz puidi co
 tēplatione subsistulis no depres
 sic. Et licz in aliqoz q non ad tantū
 ascendit gradu successue ista i
 uabibus suis fiant no tū ē in dubi
 ū aliqbus uabibus fore collati ut
 simul in actū contemplatione et strenue
 actione ferunt amati ihu ditati p
 triapie q simul aphefor extitit et in
 ator. Quid ē ab hac aia ois delectatio

gulositate et lasciuie que sic ē a
 tunc intenti delectati solū i xpo
 ihu qd etiā licet delectamēta fugi
 ne etiā pūsdistribuant a dilecto. Et
 hec oia contemgit in aia et bñficio
 xpi ihu qm oculi eia pūsdēplamē iugit
 dñi saluant. **¶** Hoc fuit figuratiu
 in mōte tūstfiguratione. **¶** 1. cor. 13.
 qm pstratis discipulis hanc dubiā
 q in ppe fragilitatis experientia car
 ta a xpo ihu tactu utiqz tūstfortio
 in se leuātes oculos nemine uiderit
 nisi solū ihu. **¶** Seq: etiā uisū. **¶** Qd
 parasti an facie omi p plox. **¶** 1. iunē
ad puelationē gentiū. **¶** Nic eni usq
suam tūminat licz et ab omiō tūm
nari poss. **¶** Ubi nō exēplū iocūde
suauitatis q induat xps ut lux
clarificans aspectus contēplantiū
ubi i xpo ihu introductū fuisse ac
tio pūpti exēplatio clara churcas
diffusa. **¶** Et ex hinc illustratio p fca
 uū et ex. **¶** uidue ppheticisse intro
 ductū que longo tpe in actione p lū
 ta et ad exemplaritate pfectionis
 adducta oibz p p mabat xpi lūmā
 puidi ihu pūta q uem lux ē mte
 rig illustrata. **¶** Uñ dicit uidiua usq
ad ānos lxxviii. **¶** seruātes deo i ieu
 nys et obserationibz die ac nocte
¶ Ecce actio probata. **¶** Et hec pā hō
 supuent in templū ubi ē ois con
 gregatio fidelū. **¶** Ecce exēplariū
 clara. **¶** loquebat oibz q respectabāt
 redēptionē isrl. **¶** Ecce caritas dif
 fusa. **¶** Sz ip a ficebat dño et loq
 bat de illo oñdie mēna xpi luce
 illustrata que i p ualo ihu cogno
 uit deū et xpm p dcauit saluatore
